

CAPUT LXX. §. 2.

SUMMARIUM.

- 1 Tutores sanguine conjuncti pupillis rationes non ita scrupulosas, sicuti extranei, reddere tenentur; Ad breve tempus bona pupillorum locant numero 3. Etiam sine solemnitatibus numer.
- 4 Si fructus pro aliendis pupillis non sufficiunt capitalibus utuntur n. 10.
- 2 Rationes dum redduntur dure agendum non est. Maxime inter consanguineos n. 14.
- 3 Liber administrationis in pluribus admissus in reliquis quoque admittendus est. Amplia numero 6. & 7.
- 8 Substantia exactionis probata circa quantitatem statur dicto Tutoris super quantitate.
- 9 Obitus Tutoris vim juramenti habet.
- 11 Solutiones in creditum Tutoris non ponuntur, non consilio de receptionibus. Fallit ut numero 12.
- 13 Appellatio datur à decreto normæ calculandi.
- 15 Recursus est remedium extraordinarium.
- 16 Remedium ordinarium facit cessare extraordinarium.

TUTORES probatæ fidei nobiles, ac cum pupillis sanguine juncti * suæ administrationis rationes quidem reddere, non tamen scrupulosas, ut extranei, tenentur. Abb. consil. 12. sub num. 5. versic. puto tamen lib. 1. Bursat. consil. 105. num. 27. Menoch. consil. 22. sub n. 25. versic. est ergo. Gutierrez de tut. part. 3. cap. 4. n. 11. & 16. Monac. decif. Bonon. 48. n. 3. & seq. Thomas de tut. & curat. tit. 34. sub n. 18. versic. quæ tamen ratio non debet rigorosè reddi fol. 1060. Castill. decif. 22. n. 19. Socin. sen. consil. 46. sub num. 2. versic. Si personæ qualitas lib. 1. & licet in formali tutore hujusmodi conclusionem admittere non videatur quem sequuntur Gutierrez de tut. part. 3. c. 1. n. 67. Montan. de tutel. cap. 32. reg. 8. n. 16. fol. 118. Thomas de tut. & curat. tit. 34. n. 66. & n. 224. ab ea nihilominus recedendum non est ex doctrinis superius adductis in puncto tutoris & nobilitate, & sanguinis agnatione erga pupillos præditi, & favent tradita per nos allegat. 124. n. 41. lib. 3. aliàs nullum adesset discrimen inter nobiles, & plebeios administratores, inter quos tamen maximam in proposito Doctores constituunt differentiam, & bene explicat Ruin. consil. 29. n. 13. lib. 5. Crivell. decif. 2. n. 7.

Præterquamquod nec cum extraneis in exigenda ratione dure * agendum est l. si servus 111. ff. de legat. 1. l. 1. §. sed nonnullos ff. de tutel. & rat. distrah. Menoch. arbit. cas. 209. n. 34.

Jacto præcedenti fundamento subsequitur alterum, juxta quod nil prohibet, quominus tutores bona pupillorum ad breve tempus * locare valeant l. codicilli 91. §. instituto, ubi Doctores notant ff. de legat. 2. Bertazol. consil. crim. 387. n. 16. Simoncell. de decret. tit. 6. n. 21. Thomas de tut. & curat. tit. 19. n. 4504. Franc. Baron. de effect. minor. etat. 10. sub n. 2. Melius patruus noster allegat. 1. n. 15. & 31. lib. 1. In qua quidem locatione honorum minoris * nec expositio cedularum, minusve subhastatio, aut alia quælibet solemnitas à Jure inducta præcedere debebant, cum jam ab aula recesserint, Testib. Simoncel. de

decret. tit. 1. n. 67. Gratian. discept. 801. n. 19. Thomas de tut. & curat. tit. 19. n. 231. fol. 281. cum adductis per Mangil. de subhast. q. 27. n. 3. & seq. Niger. de subhast. c. 4. §. 13. n. 27. & 28. fol. 45. Post. de subhast. inspect. 4. n. 35. & seq. & in punctualibus terminis. Bim. consil. 86. sub n. 19. versic. nec propositis cedulis, ubi tamen consuetudinem restringit, ut non procedat in suo casu, in quo agebatur de pensione annua minarum quatuor in quinque millium ibid. n. 15. in fine.

His sic præmissis cum DD. Jugales de Maynoldis in quamplurimis librum habitæ administrationis tanquam legalem admiserint, nullamque ex eis de erroneitate redarguerint aut redarguere poterint. Inde propterea fit, ut parcellis * quoque affectum cum cæteris in eodem libro sincere annotatis acquirere teneantur, argument. l. etiam 30. §. 1. ff. de minor. Paris. consil. 90. n. 2. lib. 1. latè Caltren. consil. 301. n. 3. & seq. lib. 1. ubi istud eo magis procedere inquit mortuo Tutore * rationibus penes ipsum videndis. Rim. jun. consil. 132. n. 18. & consil. 489. n. 33. & seq. Rot. decif. 743. n. 5. part. 4. divers. & coram Ludovif. decif. 79. ubi Beltram. n. 5. & 7. & decif. 377. ubi Beltram. optime exornat, & coram Burat. decif. 344. n. 14. ubi Ferentill. in gloss. A. Thomas de tutor. & curat. tit. 19. n. 3864. fol. 888. Surd. decif. 199. n. 3. & seq. eadem Rot. decif. 1. n. 8. part. 7. recent. ubi ponderat legalitatem scribentis, * illius mortem & justificationem in cæteris Partitarum in libro tutelari descriptarum. Salgad. in Labyrinth. credit. part. 2. cap. 6. n. 26. & seq. & part. 3. c. 7. num. 32. & 33. Antonin. de Marin. resol. 125. n. 7. lib. 2.

Maximè quia dicti Jugales affectum annuam descriptionem circa substantiam non impugnant, nec impugnatio suffragaretur: Quippe quoniam singulo quoque anno exactiones affectuum fideliter in libro descriptæ apparent, nec super hoc controversitur, sed solummodò super quantitate * affectuum, circa quam non ambigitur, quin dicto tutoris standum omnino veniat. Corn. consil. 318. in fine lib. 4. Surd. d. decif. 199. n. 5. Rot. decif. 246. n. 17. p. 5. recent. retento semper themate probitatis, ac aliarum qualitatum ipsius tutoris, dum viveret, quodque superveniens obitus * vim juramenti obtineat. Socin. sen. consil. 161. n. 3. lib. 2. Caltren. d. consil. 301. n. 4. lib. 1. cum adductis per nos in altera, §. à libris, neque in mentem non solum prudentissimi Judicis, sed nec etiam cujusque sensati hominis, ne dicam fatui, unquam de viro nobili cadere poterit, quod libras quatuor exempli gratiâ in singulo jugere terrarum annuatim receperit, & tres tantummodò descripserit.

De necessitate verò apponendi per tutorem manus ad capitalia eo ipso sufficienter convincitur, quod aliter pupillorum indigentis succurri non poterat; Quo sanè casu jura permittere tutore consumptionem capitalium * in honestis, irreparabilibus, ac urgentissimis pupillorum necessitatibus latius in altera, §. vel in & sequentibus, demonstravimus, & præter tunc adductos optime comprobat Merlin. Pignatel. controvers. 74. numero 32. cent. 2. istud autem ritè inculpabiliter, & procul ab omni dolo successisse dispunctio ipsa rationum indicat.

Non docto receptionibus quoad expensas per tutorem in causam pupillorum erogatas ex adverso insititur, * quod hujusmodi expensæ tutori in creditum non ponantur l. Lucius 47. §. tutela

decret. tit. 1. n. 67. Gratian. discept. 801. n. 19. Thomas de tut. & curat. tit. 19. n. 231. fol. 281. cum adductis per Mangil. de subhast. q. 27. n. 3. & seq. Niger. de subhast. c. 4. §. 13. n. 27. & 28. fol. 45. Post. de subhast. inspect. 4. n. 35. & seq. & in punctualibus terminis. Bim. consil. 86. sub n. 19. versic. nec propositis cedulis, ubi tamen consuetudinem restringit, ut non procedat in suo casu, in quo agebatur de pensione annua minarum quatuor in quinque millium ibid. n. 15. in fine.

Observationum de Alimentis Caput LXX. §. 3. 127

§. tutela ff. de administrat. tut. Menoch. consil. 22. n. 12. & de arbit. cas. 209. n. 29. Rot. dicta dec. 743. n. 6. part. 4. divers. Thomas de tut. & curat. tit. 19. n. 3985. & tit. 34. sub n. 126. ampliat. 73. fol. 1069. Quæ tamen adversantium ponderatio, vel non applicatur, vel excluditur, quia, uti mox dicebam, libro tutelæ in aliquibus justificato, in reliquis omnibus parcellis quantumvis maximis acceptari debet, concurrentibus potissimum conjecturis, * verisimilitudine, & expensarum qualitate suapte natura indicante necessariam illarum versionem in utilitatem pupillorum, ut in proximis terminis ratiocinatur Rot. relegendæ dec. 813. n. 15. & per tot. part. 1. divers. latè Carpan. ad statut. Mediolan. c. 317. n. 38. & seq. Cancr. var. resol. c. 7. sub n. 64. versic. pro quo facit, & in moderna impressione, n. 103. p. 1. & de magis communi post alios Thomas de tut. & cur. tit. 34. n. 22. fol. 1060. & sub c. 92. versic. in magnis vero, & versic. & etiam in magnis f. 1066. Surd. consil. 29. n. 48.

Jure igitur merito per nos fratres à decreto normæ adhuc immaturæ appellatio * interposita existit, sustineri debet, cum revocatione pronunciationis latæ per D. Judicem à quo, quemadmodum in puncto censuit Senatus Dolanus teste Crivell. dict. decif. 2. num. 2. & seq. Ex qua sanè 14 Senatus resolutione * de nostro bono jure etiam in meritis liquet, dum idem Crivell. dict. dec. 2. n. 7. concludit etiam in magnis attenda verisimilitudine partitarum standum libro tutoris accedente juramento, cujus vices tutoris mortem sustineri diximus in altera, §. à libris, & in ista, §. his sic. & §. seq.

Cumque recursus habere ad amplissimum ordinem Senatus Mediolani pro impetrandis dilationibus, remedium * reputetur extraordinarium. Gost. de remed. subsid. 22. n. 3. & per tot. Cyriac. contr. 413. n. 13. & seq. Nobis propterea expedit tam ex censura statuti, quam ex dispositione juris consequi terminos ad probandum magis concludenter remanentes parcellas, quæ ad fortius fundandam intentionem nostram plurimum conferunt, & sic uti remedium * in patria sine expensis ordinari, prout etiam jura suadent l. in causa 16. alias 17. in princ. ff. de minor. Fontan. dec. 113. n. 4. & 5. Cyriac. d. contr. 413. n. 15.

CAPUT LXX. §. 3.

SUMMARIUM.

- 1 Minori qui successit majori in lite quando detur restitutio in integrum.
- 2 Restitutio in integrum conceditur adversus denegatam dilationem. Amplia ut n. 5. Concessa minori suffragatur etiam majoribus in individuo n. 6. & n. 7. In dubio conceditur, n. 12. & n. 13. & n. 17.
- 3 Læso resultat ex lapsu termini ad probandum. Amplia ut n. 4.
- 8 Argumentum à prohibita appellatione ad prohibitionem restitutionis in integrum quando valeat. & n. 9. 10. 11.
- 14 Constitutiones Mediolani quid disponant in restitutione in integrum.
- 15 Restitutionem in integrum gratiosam solus Princeps concedit.
- 16 Appellatio admittitur à denegata dilatione.
- 18 Tutor non tenetur nisi de perventis ad se: De occupatis per pupillum non tenetur num. 19.

- Ob mortem pupilli succedens ad fideicommissum bona retinet n. 32.
- 20 Appellare in arbitriis non licet. Declara ut n. 21.
- 22 Dilatio conceditur hæredibus etiam sine restitutione in integrum.
- 23 Instantia perempta lis habetur pro non contestata.
- 24 Facta per nobiles erroneè potius, quam dolo se gesta præsumuntur.
- 25 Juramentum in litem inimico non præstat: In dubio non deferretur n. 26. Contra hæredes tutoris non militat n. 31.
- 27 Fideicommissio à literaliter exclusis inciviliter illud negatur.
- 28 Odium ex causa litis quos effectus pariat. Capitale oritur ex lite omnium bonorum aut majoris partis n. 29.
- 30 Præventiones litigiosæ non calculantur.

NIMIO verborum apparatu inutiliter replicata per informantes pro Isabella de Meliis, vel non applicantur, vel jam ex pluries dictis prosternuntur, vel loco jurium, ut mihi supponitur in jurgia resolvuntur, & ista quidem inter cætera condignè, ac quantum decet infra scripti conspiciæ nobilitas sublata extiterunt.

Dilationes omninò concedendas, jureque optimo ab earum denegatione provocatum utraque scriptura legalis, mox edita cum præcedentibus convincit, quod sanè gravamen * cum post decessum fere ab obitu Tutoris successerit, inde propterea fit, ut restitutio in integrum denegari nequeat. Odd. de restit. in integr. quæst. 86. sub n. 14. versic. in contrarium. Rim. consil. 305. n. 21. & 44. Bardellon. consil. 14. sub n. 83. versic. requiritur enim, ut aliquid cum minore gestum fuerit, ad hoc ut ei restitutio in integrum concedatur. Gram. dec. 52. sub n. 5. versic. adversus moram contractam per ipsum, & latè prosequitur Fulgin. de emphyt. tit. de solut. canon. quæst. 1. n. 186. & 212. & in præcis terminis Castill. dec. 23. n. 14. & seq. & n. 19. & seq. & in punctualibus terminis Afflic. dec. 212. n. 2. Franc. decif. 647. n. 2. Fontanell. de pact. nupt. claus. 3. gl. 3. n. 59. versic. si autem. tom. 1. & dec. 111. n. 8. ultra quod ut inferius subdam his cum patre per peremptionem instantiæ evanuit, atque ab origine nobiscum agitata appareret. Eoque fortius, quia ad obviandum diffugiosis adversæ partis oppositionibus plura, uti decebam, per me ac fratres meos ob meam ex causa studii absentiam neglecta probanda veniunt, quo sanè casu denegata instita dilatio * ad supplendas probationes etiam post conclusum, in causa restitutionem concedi, passim Doctores admittunt. Scac. de appellat. quæst. 10. remed. 2. n. 18. ubi quod detur restitutio adversus probationes omittas, tam ante quam post sententiam. Surd. consil. 78. n. 1. & seq. Nat. consil. 343. sub n. 1. versic. sed in contrarium. Castill. d. dec. 23. n. 20. Giurb. dec. 1. n. 3. 4. & 5. Antonin. de Amat. resol. 65. n. 16. & resol. 69. n. 10. dixi alleg. 10. n. 11. & alleg. 19. n. 25. lib. 2. Ex solo autem dilationum lapsu neglectis probationibus absque alia læsionis allegatione læsio * probata resultat, ut subjungebam in altera incipiente dubitationes verò: ratio subest optima & præter tunc adductos comprobant Natt. dict. consil. 343. sub n. 1. versic. ipso enim tractu temporis. Mascard. de probat. concl. 1273. n. 46. & seq. Odd. de restit. in integr. q. 36. n. 35. & 36. Cephal. consil. 670. n. 34. Fontanell. dec. 101. n. 16. Cyriac. contror. 74. n. 6. Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. c. 59. n. 22. & 23. Attento potissimum, quod ego

- 4 in hoc iudicio vices Rei * sustineo, ac consequenter eo minus lationis probatio praequiratur. *Olas. d. 158. in fine. Antonin. de Marin. resolut. 116. n. 23. lib. 2.* quae tamen ex abundantia dicta sint, cum ex actis liqueat probatione obtenta dilatione ineundas plurimum profuturas, & praecipue ad repellendum * tot in facto erroneitates ex adverso suppositas, & noviter emergentes, *C. pastoralis de except. Gail. pract. observat. 91. n. 12. lib. 1.* & dixi in practata incipiente dubitatione ad §. *quinimo versic. tum quia ex non. Cyriac. contror. 349. n. 28. & 29.*
- 5 Cumque praesens causa redditionis rationum omnimodam individuitatem praese ferat * ex copiose traditis per nos *allegat. 124. n. 28. lib. 3.* conficiens idem fit, ut etiam fratres mei liris confortes * quantumvis majores beneficio eodem in integrum restitutionis frui debeant, *l. tutor. 49. v. 1. ff. de minor. Cephal. conf. 661. n. 76. Odd. de restit. in integrum, quest. 46. art. 4. sub n. 10. versic. in contrarium. Ciardin. contror. 58. n. 11. Sperell. dec. 19. n. 35. Rim. consil. 145. n. 63. Salgad. in Labyrinth. credit. p. 15. c. 4. §. 3. n. 31. & p. 2. c. 2. n. 40. & seq. Fontanell. decis. 111. n. 12. late Gizzarell. decis. 69. n. 73.*
- 6 Ex praesupposita appellationis prohibitione perperam ex adverso, ad veritatem in integrum restitutionem seclusa * statuti dispositione amplissima arguebatur, id autem mirifice comprobant per partem adversam adducti, nimirum Bald. *consil. 198. n. 10. & 11. lib. 1.* & Barbat. *consil. 45. n. 8. & per tot. lib. 3.* respondentes super statutis in quibus cautum reperiebatur ne posset appellari, querelari, supplicare, nec de nullitate dici; Unde eorum conclusiones nil profusus, cum facti specie modo inutiliter controversa commune habent: praeterquam quod conclusiones praedictae non ita de plano procedunt, quemadmodum informantes pro adversaria praesupponunt; nam contrarium de directo, quod nimirum statuta * huiusmodi ad restitutionem in integrum, non se extendunt pluribus exornat Socin. *sen. consil. 299. n. 4. & seq. lib. 2.* Contard. *in l. unica limit. 8. n. 15. C. de moment. possess. & de magis communi post infinitos testatur. Odd. de restit. in integrum. q. 15. sub n. 44. versic. sed contra. & per totam. Scac. de appellat. quest. 19. remed. 2. numero 6. Bim. conf. 98. n. 27. & 28. & consil. 100. n. 14. & 15. & consil. 186. n. 2. Marefc. var. resolut. 98. n. 6. Burat. dec. 230. n. 4. & 5. & dec. 854. num. 4.*
- 7 At censura statuti cellante, quemadmodum in hoc casu cessat jure dumtaxat communi inspecto ubi non daretur appellatio, mihi deneganda * non veniret restitutio in integrum. *Castrenf. consil. 39. sub n. 3. versic. sed his obstantibus lib. 2.* Bald. *consil. 379. n. 9. lib. 1.* Socin. *consil. 242. sub n. 1. lib. 2.* Roman. *consil. 90. n. 3.* Joan. Botta *consil. 8. n. 32. Bim. d. consil. 98. n. 27.*
- 8 Hinc in hac materia concludunt nostri quod ab appellatione ad restitutionem in integrum, & 9 est contra, affirmativè * valeat argumentum, secus autem negativè; quippe quoniam si non admittitur in integrum restitutio, multo minus appellatio locus fit, secus verò est contra, ut optimè ratioeinatur Benint. *dec. 79. n. 9. Bim. consil. 392. n. 6.* post Odd. *de restit. in integrum quest. 1. art. 6. n. 66. & 67.* Juris ergo ex praemissis indubitatiissimi restitutionem in integrum omnino concedendam, & quatenus dubitatio subesset, adhuc restitutionem * in integrum competere pronuntiandum veniret. *Rol. à Vall. consil. 68. n. 35. lib. 3.* Cravet. *consil. 201. n. 37. Bim. d. consil. 98. sub n. 27. versic. quia adhuc. & dicto consil. 263. sub n. 25. versic. &*

propterea integerrimus Iudex, * pro ea, quae in eo splendet, bonitate & iustitia, debet hanc partem uti benigniorem amplecti & n. 26. Barz. *dec. 107. n. 40. Giurb. dec. 18. n. 5.*

Tandem constitutiones Mediolani circa restitutionem concedendam, vel loquuntur * quoties à Senatusconsultis illius Supremi Tribunalis restitutio in integrum petitur ad tradita per Garon. *ad constitut. Mediolan. lib. 1. tit. 4. de Senatoribus sub §. à decretis versic.* Dicitur in textu vel intelligi debent non de restitutione istius generis ex iustitia nimirum instituta; sed de gratiosa, * quae non nisi à Principe conceditur, *Giurb. consil. crim. 44. n. 55. Odd. de restit. in integrum, quest. 32. art. 3. n. 30. & seq. Thomat. dec. Macerat. 42. n. 7. & seq. ubi quod restitutio ex iustitia etiam à Iudice municipali concedatur. Surd. consil. 199. n. 24. late Joan. Ant. ab Eccles. observ. 176. n. 1. & seq. lib.*

Verum quia adhuc subsistunt deducta in altera incipiente dubitationes adversus à §. *quinimo, usque ad §. parcelas,* circa appellationem * tot nominibus appellandam à denegata abque causa dilatione, ut etiam comprobatur *Ruginel. de appell. §. 2. cap. 1. n. 125. & certe nescio videre, cur dilatio coram calculatoribus inutiliter assignata coram Iudice necessario repeti non debuisset, ut iurium defensionem nostrorum incumbere valeamus.*

Revocatio in controversiam nostrae veritatis restitutionem mobilium Inventarii concernentis, tametsi somnia vigilantium reputentur, cunctis in patria pateat Co. ejus virum ex Marchionibus Soranae de Lupis, ab ejus matre mobilibus penitus spoliatum, cum Isabella Melia ejus sponsa descriptis in inventario tutelari usque adeo gavissimum fuisse, ut etiam nunc penes ipsum aliqua ex parte existere non negaret, cui quidem veritati agnoscendo bonam fidem, cum acquiescere recuset. Hoc unum dubio procul * pro obtinenda in 17 integrum restitutione sufficeret. *Odd. de restit. in integrum, quest. 13. n. 51. Castill. dec. 23. n. 19. in fine. Anton. de Amat. resol. 69. n. 10. Accedit quod Coradino Tutore per patrem pupillo destinato Hospitale magnum Cremonae à Coradino haeres institutum adeundo haereditatem, mobilia quoque pupilli in inventario descripta occupavit, & media concordia cum agentibus inita successor in tutela, non nisi partem recuperavit, pro quibus dumtaxat pater meus debitor constituitur, quemadmodum in effectu ex calculis liquet, ex quo pro residuo facta huiusmodi indicatio ex instrumento accordii * resultante non tenetur, ut post alios in 18 hac causa comprobant adductis per nos *allegat. 124. n. 60. lib. 3.* Praeterquam quod cum jugales de Lupis ex Marchionibus Soranae de facto in occupationem honorum, collectionem fructuum, ac totius patrimonii pupillorum appropriationem se intruferint, Tutor interim * ad quicquam erga ipsos jugales de Lupis ex Marchionibus Soranae non tenetur. *Fontanell. decision. 544. n. 15. & dec. 545. n. 3. & per totas. Rot. dec. 380. n. 6. p. 4. tom. 2. recent. & in Romana redditionis rationis 16. Junii 1651. §. Jocalia vero coram R. P. D. Alberгато, & dixi dicta allegat. 124. n. 54. lib. 3.* Exinde autem, atque ex aliis jugalium utriusque matrimonii tergiversationibus iudicium tutelae ad affectatam ex adverso aeternitatem, de qua modò indebitè conqueruntur procedere necessarium fuit, nec rationum redditionem per nos seridè sollicitam recipere curarunt: quippe quoniam sub praetextu hujusce praetentionis ventosae interim sibi licitum fecerunt retinere bona fideicommissio obnoxia nobis*

nobis debita à quibus tamen non solum per res judicatas, lecaliter Isabella apparebat exclusa, quemadmodum exitus concludenter probavit, & iste tam diutinae contentiois lapis scandali extitit.

Hinc ergo ex praemissis, alias deductis, ac ulterius exarandis ob controversias circa factum inter nos in quam plurimis adhuc inde gestis vertentes concessio novae dilationis ad probandum in arbitrio iudicis reposita non dicitur, sed ex necessitate juris omnino concedi debebat, ob cujus petitionis repulsam gravantem appellationi omnino deferendum venit neglecta prorsus conclusiones illa absolute prolata, quod in * arbitrariis appellare non liceat, ut praeter Menoch. *de arbit. quest. 70. n. 5. & 6.* adverso adductum infinitae pro rostris stant auctoritates congestae per *Giurb. dec. 21. n. 4. Ludovif. dec. 106. n. 2. Fontanell. dec. 133. n. 17. Leoncill. dec. Ferrar. 21. n. 3. Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 18. n. 4. Antonin. de Amat. resol. 80. n. 4. Mart. Ventur. consil. 15. n. 27.* Evidens enim in rationatione adest fallacia, cum illa solummodo procedat in iudice, cujus arbitrio, voluntati, ac conscientiae decisio negotii liberè demandatur, * non autem ubi quemadmodum in facti specie hoc admisso citra veritatis dispendium simplici arbitrio remittitur, ut optimè se declarant praecitati Doctores, & extra dentes profitentur cumulatim per *Scac. de appellat. quest. 17. limit. 15. sub n. 2. versic. contra hanc. & de Iudic. quest. 97. sub n. 62. versic. secundo quia, multi ex citatis à Menoch. quest. 70. in principio tenuerunt contrariam opinionem late Monet. de commut. ult. volunt. cap. 8. sub n. 699. & in proximis terminis faciunt tradita per *Carleval. de iudic. lib. 1. tit. 2. disp. 3. sub n. 27. versic. verum illud. Leoncill. dec. Ferrar. 51. n. 4. Fontanell. dec. 65. n. 11. & seq. & optimè explicavi allegat. 121. n. 6. & seq. lib. 3.**

Eapropter optimè concluditur, dilationem indebitè denegatam, non solum ratione boni juris, aetatis minoris, & aliorum, sed & magis, quia hic agitur cum haeredibus, quibus etiam non immerito in integrum restitutione * lapsis jam omnibus terminis dilatio conceditur. *Myensing. observat. 73. n. 1. & 2. cent. 1. & dixi in saepius citata incipiente dubitationes adversus §. quinimo.*

Per plures annos ante obitum Tutoris instantiam peremisse convincitur ex insufflatione spirituum per adversariam ab Excellentiss. Senatu obtentam, quam tamen, & libentius quidem extinctam reliquisset, nisi à me incessanter ad restitutionem fideicommissi consistentis in majori parte ejus bonorum, cum fructibus proprietates fideicommissarias longè exuberantibus, à quo literis cubitalibus excluderetur vexata ad succumbentiam usque fuisset inutiliter sibi blandiendo, ex inani praetentione crediti ingentis, imaginarii tamen, causa tutelae conficti futurum, ut compensationem, cum retentione fideicommissi ad splendorem antiquissimae agnationis nostrae inabdicabiliter à nobis ordinati reportaret; tamen informantes pro ea pignus à salutarior petentes, fundamentum istud retorquere contendunt. Ob quam instantiae peremptionem perinde efficitur, ac si nulla unquam lis * cum Tutore intercessisset, ut dicebam in hac causa *allegat. 124. n. 46. lib. 3. Gail. pract. observat. 67. n. 3. lib. 1. Myensing. observat. 50. cent. 3. Galup. in prax. part. 2. cap. 18. n. 29. & 35. Jo. Ant. ab Eccles. observat. 169. sub n. 14. versic. licet fecus lib. 1.* In facto igitur quemadmodum & caetera istud non verificatur, quod nimirum Tutor cum pupilla usque ad obitum litem habuerit, quinimo

nec unquam, ex quo finita tutela illico redditionem rationis obtulit, tum etiam in vanum laboraverit.

Nobilitate originaliter indivisum, & aequa lance nobiscum Isabella praefulget, si ergo solidum ex propria fundamentum exclusionis doli, ac fraudis, ut admittatur ad jurandum in litem, (ut audio) deducit in ejus scriptura legali pati etiam debet, ut eadem doli exclusio pro Tutore militet; facta namque nobilium erroneè * magis, quam 24 dolosè gesta praesumuntur, ex cumulatis per nos in causa *alleg. 124. n. 41. lib. 3.* & per me *alleg. incipiente Rhedam ante §. à libris in fine, & in altera incipiente dubitationes adversus, §. quinimo il. 2.* praeter quos optimè id comprobant. *Post. Imol. conf. 5. in fine, conf. 135. n. 31.*

Odiu Isabellae de Meliis contra nos ex capitali inimicitia insurgens ob litem, quam cum ipsa habemus omnium, seu majoris partis ejus bonorum vigere fideicommissi ad nos spectantium * omni in casu eandem à juramento in litem omnino excludit, quae quidem conclusio, in iure non minus, quam in facto inconcussa praexistit, ut nec pars adversa illam impugnare assumpserit, quam praeter adductos in altera exornat *Caroc. de juram. lit. decis. quest. 3. 7. quest. princip. n. 8. ac per totam. Mascard. de probat. conclus. 954. sub n. 67. versic. nec inimico gravi inimicitia. Noal. de transmiss. cas. 54. sub 16. versic. ob id, & ubi in praemissis * subesset scrupulus in dubio adhuc Isabella à 26 juramento in litem arcenda veniret. Cravet. conf. 947. n. 1. in fin. Farin. in fragm. p. 2. n. 1062.*

Caeterum conjecturae plures enucleatae ad diminuendum tutoris eximiam legalitatem toties alias, ac sparsim in scripturis jurum rejectae apparent, uti in facto nullatenus justificatae, ac in iure insubsistentes non alienae ab illis, quae contra literale fideicommissum * inciviliter prosequuntur, dixi *allegat. 103. n. 21. lib. 3.* ubi alios recenseo, quibus accedit *Rota in Romana fideicommissi 21. Junii 1652. §. huc autem coram R. P. D. Verospio* ubi concludunt incivilem controversiam fieri vocatis ad fideicommissum agentibus per foeminam expressè exclusam ex continuata masculorum substitutione. *Duran. decis. 126. sub n. 1. versic. quia clare de eo constat ex lectura testamenti Rot. decis. 402. sub n. 5. versic. docet ocularis lectura fideicommissi, part. 9. tom. 2. recent. & in Malevitana bonorum 19. Aprilis 1652. n. 1. Celso, & in Romana fideicommissi 21. Junii 1652. n. 6. Verospio.*

Reliquum esset, ut convicia in cineres honestissimos fratris mei falso replicata interim comprimerem; operae tamen pretium esse duxi abstinere, & defensionem causae sedulo incumbere, tum ut sequear vestigia majorum, tum quia non plus cadaveris existimationi officium quam latratus canum syderibus fulgentissimis, tum quia nobilibus qualitatis nostrae maledictis contendere turpe reputatur, tum ne confugium ad jurgia, Jurium nostrorum evidentiam confundat, tum denique quia exinde inconciliabilis inimicitia, odium, * rabies. & rancor, quibus nos Isabella 28 prosequitur, mirifice convincitur, ut in proximis terminis renunciat. *Scot. consil. 1. sub n. 31. versic. enim verò, quod ita atroci tom. 1. lib. 3. relatus à nobis dict. alleg. 124. n. 94. lib. 3.* Quae quidem odii acerbitas, inimicitiae gravitas, ac rancoris voracitas plurimum augetur ex lite majoris partis bonorum * ad omnimodam exclusionem Isabellae terminata, ut post alios dixi in praedicta incipiente dubitationes adversus §. *Verum tamen, & comprobant Asia. in prax. in princ. c. 6. n. 12. & 13. fol. 26.* Joan. Botta